



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

7. Multos potiùs mori, ne mala gentis suæ videre cogantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

**Matt. 24, 11.** niciem aut suam, aut alienam. An non & illud legimus, nisi breuiarentur dies extremæ tribulationis, quod non fieret salua omnis eare? Nec probabile tantum est periculum, sed infallibiliter certò scit Deus, hunc vel illum peritum: si ergo eum rapit, ne malitia mutet intellectum eius, aut ne fictio decipiatur animam illius, an non eum eximie amat? Tunc non amaret, si seniorem fieri sineret. An injuriam fecit Deus innocentibus, quos Herodis permisit immanitati? an Stephano, quem è laxis non eripuit? an Martyribus, quos crudelissime etiam saepe juvenes permisit mactari? Si Deus id peculiari favore permisit, immò voluit, cur Angeli vellent obsistere, qui sanè utique suis viribus suos clientes possent contra inuasores defendere, aut medicinis sanare, sicut Raphaël nouerat, sed nolunt id facere cœlestes isti custodes, ne amando noceant, & mortis corporalis impedimento, salutem impedianc sempiternam. Siquidem diu vivere, est diu periclitari. Quare meritò D. Cyprianus exclamat: Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis peccus urgetur, & delectat hic, inter Zabuli gladios, din stare?

## VII.

**Isa. 57, 3.**

**3. Machab. 3.** Melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostra? Sic saepe felices eos vocamus, qui ad tempora nostra non prouixerunt, ne miseras nostras intuerentur. Possid in vit.

**S. Augustin. cap. 28, 29.**

videatque suorum calamitates? An non Isaías ait: A facie malitia collectus est justus? An non Iudas Machabæus ita suos adhortatur: Quid, quod innocentis mors beneficium est, non solum ne peccet ipse seductus, sed etiam ne intersit peccantibus, videatque Episcopo truncaretur, & ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur. O quantam crucem haberent saepe parentes, si superuierent, & filiorum suorum dedecora aspicere cogerentur! Quamquam non raro ipsi in causa suarum, ut liberis priuentur. Sicut enim ob derisum Dauidem ante arcam saltantem, Michol filia Saul non est natu filium usque in diem mortis sua; ita & ipsi

**2. Reg. 6, 23.** 2. Reg. 12, 14,

Cap. XLVII. Immatura aliquos innocentes, sed justa morte obire. 515

& ipsi Dauidi filius natus vitam amittens, orbitatem intulit, vt sequenti capite dicemus, & suprà iam attigimus.

Noli ergo offendи judicijs diuiniis, quisquis vides, vel juuenem mori, vel innocentem. Placita enim erat DEO anima illius: Sapi. 4. 14.  
propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in praecordijs talia, judicant, quod ignorant. Imperita enim & simplex multitudo, solam in defuncto juuene intuetur ætatem, non autem moriendi rationem. Hinc contra DAVM quiritur, hinc plorat, hinc capillos lacerat. Et quidem tum maximè, cum talis juuenis maximè fuit pius; ait enim, hinc apparere, quām inutile sit studium pietatis. Neque vulgus tantum eiusmodi pulsatur tentatione, psal. 72. 24.  
ipsum Dauid, Ieremiam, Habacuc, & lob talis cogitatio pulsavit. Omnem scrupulum tollit, qui diuinam prouidentiam credit. Tam sapiens illius est amor, vt ab insipientibus crudelitas putetur. Nescit DAVM, qui justum nescit. Haec est fides recta, credere, quoniam gratia DEI, & misericordia est in Sanctos eius, & respectus super electos eius. Non ergo crudelitas est martyrijs exponere, aut morti tradere innocentes, sed gratia DEI & misericordia. Videri potest S. Ambrosius de bono mortis, Victor Vicensis, & Saluianus, qui in hoc genere disputationis & p̄i extiterunt, & diserti.

At cur innocentes tolluntur, cum impurissimi viuant; & illi triumphant, qui nec digni sunt, vt à terra sustineantur? Si irascitur DEVIS, statim debuit vindicare; & pro merito quemq; punire, ait nonnemo apud Lactantium 1. de ira DEI c. 20. cui ipse respondet. At enim, si id faceret (vt statim puniret DEVIS) nemo superesse. Nullus est enim, qui nibil peccet; & multa sunt, qua ad peccandum irritent; atas, violentia, egestas, occasio, premium. Adeò subjecta est peccato fragilitas carnis, qua induiti sumus; ut, nisi hinc necessitatē DEVIS parceret, nimium fortasse pauci vinerent. Propter hanc causam patientissimus est, & iram suam continet. Nam quia perfecta est in eo virtus, necesse est patientiam quoq; eius esse perfectam; que & ipsa virtus est. Quam multi ex peccatoribus justi posterius efficiuntur, ex malis boni, ex improbis continentes? Quam multi in prima aetate turpis, & omnino iudicio damnati, postmodum tamen laudabili-

VIII.

psal. 72. 24.  
Ierem. 32.  
Habac. 1. 13.  
lob. 21. 76

IX.

les

T t i 2